Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



posita est Omnis ergo arbor non faciens fructum bo
num: excidetur et in ignem mittetur Et interroga
bant eum turbe dicentes Quid ergo faciemus
Respondens autem dicebat illis Qui habet duas
tunicas det non habenti: et qui habet escas similiter
faciat Venerunt autem et publicani ut baptiza
rentur et dixerunt ad illum Magister quid facie
mus Et ille dixit ad eos Nichil amplius q̃
quod constitutum est vobis faciatis Interrogabant
autem eum et milites dicentes Quid faciemus
et nos Et ait illis Neminem concutiatis neq;
calumpniam faciatis et contenti estote stipendiis
vestris Existimante autem populo et cogitantibus
omnibus in cordibus suis de iohane ne forte ipse sit
xps Respondit iohannes dicens omnib̃ Ego quidem aqua
baptizo vos: venient autem fortior me: cui non
sum dignus solvere corrigiam calciamentorum eius
ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni Cuius
ventilabrum in manu eius et purgabit aream suam
et congregabit triticum suum in horreum suum: paleas
autem comburet igni inextinguibili Multa
quidem et alia exhortans evangelizabat plebi
Populus syon Domica IJ Statio ad s. Marcum
ecce dominus veniet ad saluandas gentes et auditam
faciet dominus gloriam vocis sue in letitia cordis vestri
ps Qui regis israel intende qui deducis velut ouem ioseph
Excita domine corda nostra ad parandas Oratio:
vnigenita tui uias: ut per eius aduentum
purificatis tibi mentibus seruire mereamur Per eum
Res Que enim scripta sunt Ad Romanos
ad nostram doctrinam scripta sunt: ut patientia